



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

45 Abbates, Abbatissae, & Virgines quomodo benedicantur, &
consecrentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- d: c: 27, n: 195. Graff d: c: 27, n: 38. & Rot. d: decis: 1, n: 9.* licet enim bigamus ad ordines promoveri non debeat, tamen promotus recipit characterem, *cap. quicumque, 50, dist: gloss: in d: cap: 2, in ver: dispensare, in fine, de bigam. & Graff. decis. sur. cap. 1, num. 24, par. 2, lib. 1.* sed non habet ordinis executionem, ut ibi.
- 40 Quatuor assignantur rationes, † quare bigamus ab ordinibus arceatur, prima propter defectum sacramenti unitatis, cum carnem suam in plures divideret; secunda propter prerogativam ordinum; tertia propter signum incontinentiae cum uxore mortua, si aliam duxerit; & quarta, quia frequentator conjugiorum non habet frontem alios hortandi ad viduitatem, *in capit. una, dist. 26: & Graff. d: cap: 11, nu. 23.* Neque promoveri potest, si quis servilis est conditionis, *cap: nullus, cap. nulli, cap: quinnque, cap: servorum, cap. si quis, & cap. ultim: 54, dist. nec Monachus sine consensu Abbatis, cap. nullus, & cap. si quis, 58,*
- 41 *dist: †* Minores si ordinantur, ordines sacros recipiunt, sed executio usque ad le- 44 gitimam aetatem est suspensa, *cap. pueri, cum gloss. 2, q: 1, cap: vel non, cum gloss. de temp: ord: cap: 2, de et: & qual: & gloss. 2.*
- 42 *in fine, in clem: fin: eod: tit †* Ordinatus extra tempora est suspensus, donec a Sede Apostolica fuerit dispensatus, *cap: cum quidam, & cap. literas, de temp. ord. qua 45* suspensio est inducta ipso jure, & qui suspensione hujusmodi durante, in eisdem ordinibus ministrare praesumpserint, irregularitatem incurrunt, & beneficiis ecclesiasticis possunt jure privari, Pius II. *Constit. 6. Cum ex sacrorum, in Bull. Rom.*
- 43 Ordinis Episcopalis † potestate etiam 46 Reges, & Reginae oleo cathecumenorum inunguntur, & coronantur die Dominico, triduo jejunio devotè peracto per hebdomadam praecedentem, videlicet quarta, & sexta feria, & sabbato praecedente, ipsis praeparatis pro sanctissimo Eucharistiae Sacramento fumendo in metropolitana, sive alia cathedrali ecclesia, ubi solemnitas celebratur, astantibus pluribus Episcopis Regni, emissà prius à Rege flexis genibus coram eodem Metropolitano professione juxta formam, de qua in Pont. Rom. Clement. VIII. jussu edito, *fol. 228. & pro consecratione Metropolitanus intingit pollicem dexteræ manus in oleo cathecumenorum, & jungit in modum crucis Regis brachium dexterum, inter juncturam manus, & juncturam cubiti, atque inter scapulas, in eodem Pont. fol. 231. & deinde eidem ensem praebet, coronam capiti illius imponit, & sceptrum regale dat, ut ibidem fol. 234, & 236. eodemque modo cum injunctioe brachii dexteri benedicatur Regina, cui etiam corona capiti imponitur, ut in eod. Pont. fol. 250, & 251.*
- 44 Eadem ordinis potestate † à Metropolitano, astantibus saltem duobus Episcopis, consecrantur Episcopi, praestito prius per eos juramento in manibus ejusdem Metropolitanus ad praescriptam in eodem Pont. formam, *fol. 79. & adhibitis solemnitatibus, & ceremoniis, quæ ibi sequuntur.*
- 45 Abbates verò † eadem forma benedicuntur, & consecrantur, de qua in eodem Pont. *fol. 122, & seqq.* Et quia de benedictione, & consecratione Abbatissæ, & virginum dantur formæ, in eodem Pont. *fol. 170, usque ad fol. 223.* de his hæc obitet mihi dixisse sufficiat.
- 46 Campanæ etiam † ordinis Episcopalis potestate benedicuntur, in qua requiritur oleum